

LIBER QUINTVS. 579

duo. Ibiq; classẽ sub uesterũ cum ea copia conscendit, omnibus in exercitu inscijs, & requirẽtib; imperatoris consiliũ, magno metu, ac tristitia sollicitabatur: parua enim cũ copia, & ea tyronũ, neq; omni exposita in Africa cõtra magnas copias, & insidiosa nationis, equitatumq; innumerabilẽ, se expositos uidebãt: neq; quicquã solatij in præsentia, neq; auxiliũ in suorum cõsilio animaduertebãt, nisi in ipsius imperatoris uultu, uigore, mirabiliq; hilaritate. Animũ enim altũ, & erectũ præ se gerebat. Huic acquiescebãt, homines & in eius scientia & cõsilio omnia sibi procliuia omnes fore sperabãt. Cæsar in nauibus una nocte consumpta, iam cælo albescẽte, cũ proficisci conaretur, subito nauũ pars, de qua timebat, ex errore eodẽ conferebatur. Hac re cognita, Cæsar celeriter de nauibus imperat omnes egredi, atq; armatos in litore reliquos aduenientes milites expectare. Itaq; sine mora nauibus eis in portũ receptis, & aduectis militũ, equitũq; copijs, rursus ad oppidũ Ruspinã redit, atq; ibi castris cõstituit, ipse cũ cohortibus expeditis xxx. frumentatum est profectus. Ex eo est cognitũ Cæsaris consiliũ, illum cũ classe nauibus onerarijs, quæ deerrassent, subsidio ire clam hostibus uoluisse, ne casu imprudẽtes suæ naues in classẽ aduersariorũ inciderent: neq; eam rem eos uoluisse scire, qui in præsijs relictis milites fuisset ne propter suorum paucitatẽ, & hostium multitudinem metu deficerẽt. Interim cũ iam Cæsar progressus

O 3 sus